



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

10.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

*in cap: fin. b. t. citabuntur per edictum in loco delicti promulgandum, & valvis portarum, vel Ecclesiarum affigendum: per ea, quæ habentur in Nov. nulli iudicum. §. si quis vero: ad hoc scilicet, ut missio fiat in possessionem bonorum, quæ in loco delicti habet, non ut quidquam in eius personam statuatur. Panor. cit. cap. fin. n. 6. Et si crimen fuerit atrox, poterit Iudex delicti requirere iudicem domicilii seu loci, in quo degit, aut latitat ut ipsum citet, & remittat: eiq; Iudex rogatus (si nondum ipse castigaverit eum præmissâ summariâ cognitione super veritate delicti) obsequi debet & delinquentem remittere, ex juris communis dispositione: quâquam hodiè plurib<sup>9</sup> in locis de consuetudine contrarium servetur: si verò crimen levius sit, non habet locum remissio, sed delinquens ubicunq; reperitur condignâ pœnâ punitur. L. 1. C. ubi de Crimin.*

10. Verum à minori ad maius procedendo, Iudex ordinariè loquēdo non potest sententiam pœnæ inflictivam extendere extra territorium aut Diœcesin suam; ex com: DD. in L. relegatorum. 72. §. 1.

quod.

*quoddam genus. ff. de interdicit: ubi aiunt, quod Iudex non potest aliquem relegare ad locum non subjectum jurisdictioni: quia executio est actus jurisdictionalis, qui extra territoriū fieri nequit, c. 2. de const: in 6. Nisi alter Iudex ad cuius forum sententia dirigitur, eam exequi paratus sit: ut si Clericus ob crimen condemnetur ad fodinam alterius Diocesis: aut nisi pœna crimini decreta sit: per Legem utriq; Judici obseruandam, tunc illata à Iudice delicti, executioni dabitur à iudice domicilii, vel beneficii, si ad eum locum referatur; cap: postulasti. 14. de foro comp. Exemplo sit, Canon Ecclesiæ jubet, cap. Presbyt. 12. dist. 81. Clericum ob crimen perjurii, incestus, aut adulterii ab officio & beneficio deponi: accidit autem ut alterius Diocesis Parochus hic in crimine deprehensus sit: potest quidem Episcopus Neostadiensis eum remittere ad Ordinarium suum, sed non tenetur. Igitur hoc casu Episcopus delicti infliget pœnam depositionis, aut privationis: cit. cap: postulasti: alter autem Episcop<sup>o</sup> exequi debebit juxta Canonis præscriptum actualiter hominem à Parochia remo-*

remo-

removendo. Neque hoc casu Episcopus Ordinarius hominem post actam poenitentiam restituere poterit: nisi Episcopus alter consentiat; seu à se latam sententiam relaxet. *arg. cap: pastoralis. 11. §. præterea de off. Ordin. ubi Abb: & alij docent: Quòd censurâ & sententiâ judiciali ligatum, is solùm absolvere possit, qui eam tulit, aut eius successor, aut superior.*

II. Infero, si Episcopus Clerico beneficiario suo pte arbitrio, ob contumaciam, aut crimen, inferat privationem, aut suspensionem à beneficiis, extendetur hæc poena duntaxat ad beneficia Diocesis. *Felin: postulasti de foro comp.* Nisi poena, aut censura, seu per legem, seu per hominis sententiam inflictâ, afficiat personam absolute, non in ordine ad locum. Talis est excommunicatio, quæ territorio non clauditur, sed sequitur personam, velut lepra leprosum. Item interdictum personale. *Abb: in cap. postulasti. n. 11. cap. ad reprimendam. n. 2. de off. Ord. vel si cui ingressus Ecclesiæ interdictus sit. capit. 15. & 20. de sent. excom: in 6.*

12. Sed & depositio absolute illata  
Cle-